

runt exultantur ex olea; & racemum, cum fuerit finita vindemia. Hi levabunt vocem suam, atque laudabunt: cum glorificatus fuerit Dominus, hincient de mari. Propter hoc in doctrinis glorificat Dominus: in insulis maris nomen Domini Dei Israel. A finibus terrae laudes audivimus, gloriam justis.

R. Jerusalem plantabis vineam in montibus tuis: exultabis, quoniam dies Domini veniet: surge Sion, convertere ad Dominum Deum tuum: gaude & letare Jacob. Quia de medio Gentium Salvator tuus veniet. **V.** Exulta satis filia Sion, iubilans filia Jerusalem. Quia Gloria Patri. Quia.

Ad Benedictus, Antiphona.
Dicite, Pusillanimes confortamini: ecce Dominus Deus noster veniet.

Deinde Kyrie eleison, ut supra. 49.

Ad Magnificat, Antiphona.
Cantate Dominum canticum novum: laus ejus ab extremis terrae.

Deinde Kyrie eleison, ut supra. 105.
S A B B A T O.
De Isaia Propheta.

Lectio i. **Cap. 25.**
Domine Deus meus es tu, exaltabo te, & confitebor nomini tuo: quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fidelis, amen. Quia posuisti civitatem in tumulo, urbem fortem in ruinam, domum alienorum: ut non sit civitas, & in sempiternum non aedificetur. Super hoc laudabit te populus fortis, civitas gentium robustarum timebit te. Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua: spes a turbine, umbraculum ab aestu.

R. Egrediatur Dominus de Samaria ad portam, quae respicit ad Orientem: & veniet in Bethlehem, ambulans super aquas redemptionis

Judae: * Tunc salvus erit omnis homo: quia ecce veniet. **V.** Et preparabitur in misericordia solum ejus, & sedebit super illud in veritate. Tunc salvus.

Lectio ii.

Spiritus enim robustorum quasi turbo impellens parietem. Sicut astitit in siti, tumultum alienorum humiliabis: & quasi calore sub nube torrente propaginem fortium marcescere facies. Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium, convivium vindemiae, pinguium medullatorum, vindemiae defecatae. Et praecipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, & telam quam orditus est super omnes nationes.

R. Festina, ne tardaveris Domine: * Et libera populum tuum. **V.** Veni Domine, & noli tardare, relaxa facinora plebi tuae. Et libera.

Lectio iii.

Praecipitabit mortem in sempiternum: & auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie, & opprobrium populi sui auferet de universa terra: quia Dominus locutus est. Et dicit in die illa: Ecce Deus noster iste, expectavimus eum, & salvabit nos: iste Dominus, sustinimus eum, exultabimus, & letabimur in salutari ejus. Quia requiescet manus Domini in monte isto: & triturbabitur Moab sub eo, sicuti teruntur paleae in plaustro. Et extendet manus suas sub eo, sicuti extendit natans ad natandum: & humiliabit gloriam ejus cum allisione manuum ejus. Et munimenta sublimium murorum tuorum concident, & humiliabuntur, & detrahentur in terram usque ad pulverem.

R. Ecce Dominus veniet cum splendore descendens, & virtus

ejus

ejus cum eo, * Visitare populum suum in pace, & constituere super eum vitam sempiternam. **V.** Ecce Dominus noster cum virtute veniet. Visitare. Gloria Patri Visitare.

Ad Benedictus, Antiphona.

Levabit Dominus signum in nationibus, & congregabit dispersos Israel.

Deinde Kyrie eleison, ut supra. 49.

Ad Vesperas.

Capitulum. **Philip. 4.**
R. Gaudete in Domino semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: Dominus enim prope est.

Hymnus.

Creator alme siderum,
Aeterna lux credentium,
Jesu Redemptor omnium,
Intende votis supplicium.
Qui daemonis ne fraudibus
Periret orbis, impetu
Amoris actus, languidi
Mundi medela factus es.
Commune qui mundi nefas
Ut expiare, ad Crucem
E Virginis Sacratio
Intacta prodis victima.

Cujus potestas gloriae,
Nomenque cum flammis sonat,
Et Coelites, & inferi
Tremente curvantur genu.

Te deprecamur ultimae
Magnum dei Judicem;
Armis supernae gratiae
Defende nos ab hostibus.

Virtus, honor, laus, gloria
Deo Patri cum Filio,
Sancto simul Paraclito,
In saeculorum saecula.

Amen.

V. Rorate coeli desuper, & nubes pluant justum. **R.** Aperiatur terra, & germinet Salvatorem.

Ad Magnificat, Antiphona.

Ante me non est formatus Deus, & post me non erit: quia mihi

curvabitur omne genu, & confitebitur omnis lingua.

Oratio.

Aurem tuam, quaesumus Domine, precibus nostris accommoda: & mentis nostrae tenebras gratia tua visitationis illustra. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate.

DOMINICA III.

Adventus.

Ad Matutinum, Invitorium.
Propere est jam Dominus: * Venite, adoremus.

Et dicitur quotidie usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusive, **Psalmus.** Venite, exultemus. 1.

Hymnus.

Verbum supernum prodiens
E Patris aeterni sinu,
Qui natus orbis subvenis
Labente cursu temporis:
Illimina nunc peccata,
Tuoque amore concrema;
Ut cor caduca deserens
Coeli voluptas impleat.
Ut, cum tribunal Judicis
Damnabit igni noxios,
Et vox amica debitum
Vocabit ad coelum pios;
Non esca flammarum nigros
Volvamur inter turbines,
Vultu Dei sed composites
Coeli fruamur gaudiis.

Patri, simique Filio,
Tibique sancte Spiritus,
Sicut fuit, sit jugiter
Seculum per omne gloria. Amen.
In primo Nocturno, Antiphona.
Veniet ecce Rex. **Psalmus.** Beatus vir, cum reliquis ut in Psalterio. 2.
De Isaia Propheta.

Lectio i.

Cap. 26.

In die illa cantabitur canticum istud in terra Juda: Urbs fortitudinis nostrae Sion salvator, ponetur in ea murus & antennurale. Aperite portas, & ingrediatur gens

K 2

148

justa, custodiens veritatem. Vetus error abiit: servabis pacem: pacem, quia in te speravimus. Speratis in Domino in seculis aeternis, in Domino Deo forti in perpetuum. Quia incurvabit habitantes in excelsu, civitatem sublimem humiliabit. Humiliabit eam usque ad terram, detrahet eam usque ad pulverem. Conculcabit eam pes, pedes pauperis, gressus egenorum.

R. Ecce apparabit Dominus super nubem candidam. **V.** Et cum eo Sanctorum millia: & habebit in vestimento, & in femore suo scriptum: Rex regum, & Dominus dominantium. **Ps.** Apparabit in finem & non mentietur: si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet. Et cum eo.

Lectio ij.

Semita justi recta est, rectus callosi justi ad ambulandum. Et in semita judiciorum tuorum Domine sustinimus te: nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio anime. Anima mea desideravit te in nocte: sed & spiritu meo in precordis meis de mane vigilabo ad te. Cum feceris judicia tua in terra, justitiam discent habitatores orbis. Misereamur impio, & non discet justitiam: in terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini.

R. Bethleem civitas Dei summi, ex te exiit Dominator Israel, & egressus ejus sicut a principio dierum aeternitatis, & magnificabitur in medio universae terrae: **V.** Et pax erit in terra nostra, cum venerit.

Ps. Loquetur pacem in Gentibus, & potestas ejus a mari usque ad mare. Et pax erit.

Lectio iij.

Domine exaltetur manus tua, & non videant: videant, & confundantur zelantes populi: &

ignis hostes tuos devoret. Domine dabis pacem nobis: omnia enim opera nostra operatus es nobis. Domine Deus noster, possederunt nos domini absque te, tantum in te recordemur nominis tui. Moriētes non vivant, gigantes non resurgant: propterea visitasti & contrivisti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum.

R. Qui venturus est, veniet, & non tardabit: & jam non erit timor in finibus nostris: Quoniam ipse est Salvator noster. **V.** Deponet omnes iniquitates nostras, & propiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Quoniam ipse. Gloria Patri. Quoniam ipse.

In secundo Nocturno, Antiphona. Gaude & letare, Psalm. Conserva, cum reliquis ut in Psalterio. 8.

Sermo Sancti Leonis Papae.

Serm. 2. de jejun. decimi mens. & collecti.

Lectio iv.

Quod temporis ratio, & devotionis nostrae admonet consuetudo, pastorali vobis, dilectissimi, sollicitudine praedicamus, decimi mensis celebrandum esse jejunium, quo pro consummata perceptione omnium fructuum, dignissime largitori eorum Deo continentiae libamen offertur. Quid enim potest efficacius esse jejunio? cujus observantia appropinquamus Deo, & resistentes diabolo, vitia blanda superamus.

R. Aegypto noli flere, quia Dominator tuus veniet tibi, ante cujus conspectum movebuntur abyssi, **V.** Liberare populum suum de manu potentiae. **Ps.** Ecce veniet Dominus exercituum, Deus tuus cum potestate magna. Liberare.

Lectio v.

Semper enim virtuti cibus jejunium fuit. De abstinentia denique procedunt castae cogitationes,

rationabiles voluntates, salubriora consilia: & per voluntarias afflictiones caro concupiscentis moritur, virtutibus spiritus innovatur. Sed quia non solo jejunio animarum nostrarum salus acquiritur: jejunium nostrum misericordis pauperum suppleamus. Impendamus virtuti, quod subtrahimus voluptati. Fiat refectio pauperis, abstinentia jejunantis.

R. Propē est ut veniat tempus ejus, & dies ejus non elongabuntur: **V.** Miserēbitur Dominus Jacob, & Israel salvabitur. **Ps.** Revētere virgo Israel, revētere ad civitates tuas. Miserēbitur.

Lectio vj.

Studeamus viduarum defensionem, pupillorum utilitati, lugentium consolationi, disidentium pacisci. Suscipiatur peregrinus, adjuvetur oppressus, vestiatur nudus, foveatur aegrotus: ut quicumque nostrum de justis laboribus auctori bonorum omnium Deo sacrificium hujus pietatis obtulerit, ab eodem regni caelestis primum percipere mereatur. Quarta igitur & sexta Feria jejunemus: Sabbato autem apud beatum Petrum Apostolum pariter vigilemus: cujus suffragantibus meritis, quae poscimus, impetrare possimus, per Dominum nostrum Jesum Christum, qui cum Patre, & sancto Spiritu vivit & regnat in saecula saeculorum. Amen.

R. Descendet Dominus sicut pluvia in vellus: **V.** Orietur in diebus ejus justitia, & abundantia pacis. **Ps.** Et adorabunt eum omnes reges, omnes Gentes servient ei. Orietur. Gloria Patri. Orietur.

In tertio Nocturno, Antiphona. Gabriel Angelus, Psalmus. Caeli errant, cum reliquis, ut in Psalterio. 11.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij.

Cap. 1. c.

In illo tempore: Miserunt Judaei ab Jerosolymis Sacerdotes & Levitas ad Joannem, ut interrogarent eum: Tu quis es? Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papae.

Homilia 7. in Evangelia.

EX hujus nobis lectionis verbis, fratres charissimi, Joannis humilitas commendatur: qui cum tante virtutis esset, ut Christus credi potuisset, elegit solide subsistere in se, ne humana opinio raperetur inaniter super se. Nam confessus est, & non negavit: & confessus est, quia non sum ego Christus. Sed qui dixit, Non sum; negavit plane quod non erat, sed non negavit quod erat: ut veritatem loquens, ejus membrum fieret, cujus sibi nomen fallaciter non usurparet. Cum ergo non vult appetere nomen Christi, factus est membrum Christi: quia dum infirmitatem suam stultum humiliter agnoscere, illius celsitudinem meruit veraciter obtinere.

R. Veni Domine, & non tardare, relaxa facinora plebi tuae. **V.** Et revoca dispersos in terram suam. **Ps.** Excita Domine potentiam tuam, & veni, ut salvos facias nos. Et revoca.

Lectio viij.

Sed cum ex lectione alia Redemptoris nostri sententia ad mentem reducit, ex hujus lectionis verbis nobis quaestio valde implexa generatur. Alio quippe in loco inquisitus a discipulis Dominus de illa adventu, respondit: Elias jam venit, & non cognoverunt eum, sed fecerunt in eum quicumque voluerunt: & si vultis scire, Joannes ipse est Elias. Requiritus autem Joannes dicit: Non sum Elias. Quia est hoc, fratres charissimi, quia quae

Veritas affirmat, hoc Propheta veritatis negat? Valde namque inter se diversa sunt, Ipse est: & Non sum. Quomodo ergo Propheta veritatis est, si ejusdem Veritatis sermōnis concors non est?
R. Ecce radix Jesse descendet in salutem populorum, ipsum Gentes deprecabuntur: * Et erit nomen ejus gloriosum. **V.** Dabit ei Dominus Deus sedem David Patris ejus, & regnabit in domo Jacob in aeternum. Et erit.

Lectio ix.

Sed si subtiliter veritas ipsa requiratur, hoc quod inter se contrarium sonat, quomodo contrarium non sit, inveniatur. Ad Zachariam namque de Joanne Angelus dicit: Ipse praecedet ante illum in spiritu & virtute Eliae. Qui idcirco venturus in spiritu, & virtute Eliae dicitur, quia sicut Elias secundum Dominum adventum praevenerit, ita Joannes praevenerit primum. Sicut ille praecursor venturus est iudicis, ita iste praecursor est factus Redemptoris. Joannes igitur in spiritu Elias erat, in persona Elias non erat. Quod ergo Dominus fatetur de spiritu, hoc Joannes denegat de persona.
R. Docēbit nos Dominus vias suas, & ambulabimus in semitis ejus: * Quia de Sion exiit lex, & verbum Domini de Jerusalem. **V.** Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob. Quia Gloria Patri. Quia.

A D LAUDES,
 & per Horas, Antiphona.

Veniet Dominus, & non tardabit, & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit se ad omnes gentes, alleluia. **Psalm.** Dominus regnavit, decorem. 14. **Antiphona.** Jerusalem gaude gaudio magno, quia venit tibi Salvator, alleluia. **Antiphona.** Dabo in

Sion salutem, & in Jerusalem gloriam meam, alleluia. **Antiphona.** Montes & omnes colles humiliabuntur: & erunt prava in directa, & aspera in vias planas: veni Domine, & noli tardare, alleluia. **Antiphona.** Juste & pie vivamus, expectantes beatam spem, & adventum Domini.

Capitulum. *Philip. 4.*

Fratres, Gaudete in Domino semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: Dominus enim propes est.

Hymnus.

Encelara vox redarguit
 Obscura quaeque personans:
 Procul fugentur somnia:
 Ab alto Jesus promicat.
 Mens iam resurgat torpida,
 Non amplius jacens humi:
 Sidus refulget jam novum;
 Ut tollat omne noxium.

En Agnus ad nos mittitur
 Laxare gratis debuit:
 Omnes simul cum lacrymis
 Precemur indulgentiam.

Ut, cum secundo fulserit,
 Metuque mundum cinxerit:
 Non pro reatu puniat,
 Sed nos pius tunc protegat.
Virtus, honor, laus, gloria
 Deo Patri cum Filio,
 Sancto simul Paraclito,
 In saeculorum saecula. Amen.

V. Vox clamantis in deserto, parate viam Domini. **R.** Rectas facite semitas ejus.

Ad Benedictus, Antiphona.

Super solum David, & super regnum ejus sedebit in aeternum, alleluia.

Oratio.

Aurem tuam, quaesumus Domine, precibus nostris accommoda: & mentis nostrae tenebras gratia tuae visitationis illustra. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Ad

Ad Tertiam, Antiphona. Jerusalem gaude. **Capitulum.** Fratres, Gaudete, ut supra. 150.
R. breve. Veni ad liberandum nos, Domine Deus virtutum. Veni. **V.** Ostende faciem tuam, & salvi erimus. Domine Deus. Gloria Patri. Veni. **V.** Timebunt Gentes nomen tuum Domine. **R.** Et omnes reges terrae gloriam tuam.

Ad Sextam, Antiphona.

Dabo in Sion.

Capitulum. *Philip. 4.*

Nihil solliciti sitis: sed in omni oratione, & obsecratione, cum gratiarum actione petitiones vestrae innotescant apud Deum.

R. breve. Ostende nobis Domine, Misericordiam tuam. Ostende. **V.** Et salutare tuum da nobis. Misericordiam. Gloria Patri. Ostende. **V.** Memento nostri Domine in benedicto populi tui. **R.** Visita nos in salutari tuo.

Ad Nonam, Antiphona.

Juste & pie. **Capitulum.** *Philip. 4. b*

Et pax Dei, quae exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras, in Christo Jesu Domino nostro.

R. or. Super te Jerusalem. Orietur Dominus. Super. **V.** Et gloria ejus in te videbitur. Orietur. Gloria Patri. Super. **V.** Domine Deus virtutum converte nos. **R.** Et ostende faciem tuam, & salvi erimus.

Ad Vesperas, Antiphona. Veniet Dominus, cum reliquis de Laudibus. 150. **Psalmus.** Dixit Dominus, cum reliquis. 100. **Capitulum.** Fratres, Gaudete. **Hymnus.** Creator, ut supra. 147.

V. Rorate caeli desuper, & nubes pluant iustum. **R.** Aperiatur terra, & germinet Salvatorem.

Ad Magnificat, Antiphona.

Beata es Maria, quae credidisti Do-

mino: perficentur in te, quae dicta sunt tibi a Domino, alleluia.

Oratio. Aurem tuam, ut supra. 150.

Post Vesperas diei dicuntur Vesperae Defunctorum. clvij.

Hae Antiphona praetermittitur, si hodie ejus loco ponenda sit una ex Antiphonis majoribus, ut infra: quibus semper cedunt Antiph. proprie aliis diebus ad Magnificat assignatae.

Sequentes Antiphona majores ad Magnificat inchoantur die xvij. Decembris, & singulae ante & post Magnificat integrae, sicut in Duplicibus, dicuntur per ordinem usque ad diem ante Vigiliam Nativitatis. Si vero Festum fuerit, dicuntur post Orationem Festi pro Commemoratione Adventus.

Antiphona. 17.

O Sapientia, quae ex ore Altissimi prodisti, attingens a fine usque ad finem fortiter, suaviterque disponens omnia: veni ad docendum nos viam prudentiae.

Antiphona. 18.

O Adonai, & dux domus Israel, qui Moysi in igne flammam rubi apparuisti, & ei in Sina legem dedidisti: veni ad redimendum nos in brachio extenso.

Antiphona. 19.

O radix Jesse, qui stas in signum populorum, super quem continentur reges os suum, quem Gentes deprecabuntur: veni ad liberandum nos, jam noli tardare.

Antiphona. 20.

O clavis David, & sceptrum domus Israel: qui aperis, & nemo claudit; claudis, & nemo aperit: veni, & educ vinctum de domo carceris, sedentem in tenebris, & umbra mortis.

Antiphona. 21.

O Oriens, splendor lucis aeternae, & sol justitiae: veni, & illumina sedentes in tenebris, & umbra mortis.

K 4

Antiphona. 22.

O Rex Géntium, & desiderátus eárum, lapisque angularis, qui facis utraque unum: veni, & salva hóminem, quem de limo formásti.

Antiphona. 23.

O Emmánuel, Rex & légifer noster, expectatio Géntium, & Salvátor eárum: veni ad salvándum nos, Dómine Deus noster.

Sequentes Antiph. ad Laudes & per Horas dicuntur in sex Feriis ante Vigiliam Nativitatis, incipiendis die xvij. Decembris ab Antiphonis, quæ Feriæ illius diei assignantur. Similiter & aliæ dicuntur in propriis Feriis.

Quod si dies xvij. fuerit Dominica, Antiph. inchoantur sequenti Feriæ secunda, quæ erit dies xvij. Quæ autem dicendæ essent die, in quo occurrit festum S. Thomæ, dicuntur in Sabbato cum Psalmis Sabbati, quarta Añæ. prætermissa: cujus loco dicitur Antiphona Expectétur sicut plúvia elóquium meum: & descendet super nos sicut ros Deus noster. Nisi Vigilias Nativitatis venerit in Dominica, tunc enim in Sabbato dicuntur Antiphonæ de Laudibus Dominicæ, quarta prætermissa: cujus loco dicitur Antiphona Expectétur. Añæ, ad Benedictus, & Oratio dicitur ut in Sabbato Quatuor Temporum ponitur. 159. Antiphonæ verò de Laudibus quæ occurrunt in die Sancti Thomæ, eo anno prætermittuntur: & in Dominica tunc dicuntur Antiphonæ de Vigilias, ut infra dicitur in Rubrica de Vigilias. Similiter emittitur Añæ. Expectétur, quando illud Festum in Sabbato venerit.

FERIA SECUNDA

Ad Laudes, & per Horas,

Antiphona.

ECce véniet Dóminus, princeps regum terræ: beati, qui parati sunt occurrere illi. Psalmi ejusdem Feriæ. 47. Antiphona. Cum vénierit

Filius hóminis, putas invéniet fidem super terram? Antiphona. Ecce jam venit plenitúdo temporis, in quo misit Deus Filium suum in terras. Antiphona. Hauriétis aquas in gáudio de fontibus Salvatoris. Antiphona. Egrediétur Dóminus de loco sancto suo: véniet ut salvet pópulum suum.

FERIA TERTIA

Ad Laudes, & per Horas,

Antiphona.

Roráte cœli désuper, & nubes pluant justum: aperiátur terra, & gérmnet Salvátorem. Psalmi ejusdem Feriæ. 57. Añæ. Emitte Agnum Dómine Dominátorem terræ, de petra déserti, ad montem fillæ Sion. Antiphona. Ut cognoscámus Dómine in terra viam tuam: in ómnibus Géntibus salutáre tuum. Añæ. Da mercédem Dómine sustinentibus te, ut prophæta tui fideles inveniántur. Añæ. Lex per Móysen data est, grátia & veritas per Jesum Christum facta est.

FERIA QUARTA

Ad Laudes & per Horas,

Antiphona.

Prophæta prædicaverunt nasci Salvátorem de Virgine María. Psalmi ejusdem Feriæ. 65. Antiphona. Spíritus Dómini super me, evangelizáre paupéribus misit me. Antiphona. Propter Sion non tacébo, donec egrediátur in splendor justus ejus. Antiphona. Ecce véniet Dóminus, ut sédeat cum principibus, & sólium glóriæ téneat. Antiphona. Annuntiáte pópulis, & dicite: Ecce Deus Salvátor noster véniet.

FERIA QUINTA

Ad Laudes, & per Horas,

Antiphona.

DE Sion véniet Dóminus omnipotens, ut salvum faciat pópulum suum. Psalmi ejusdem Feriæ. 76. Añæ. Converttere Dómine ali-

FERIA SECUNDA.

Ad Matutinum, Invitatorium. Propé est jam Dóminus. * Venite, adorémus. Psalmus. Venite. 1. Hymnus. Verbum supérnum prædiens. 147. Añæ. Dóminus defensor. Psalmus Dóminus illuminatio, cum reliquis de Psalterio. 39.

De Isaia Prophæta.

Lectio j.

Cap. 28.

VÆ coroná superbiæ, ébriis Ephraim, & flori decédenti, glóriæ exultatiónis ejus, qui erant in vértice vallis pinguisimæ, errantes à vino. Ecce validus & fortis Dóminus sicut impetus grandinis: turbo confringens, sicut impetus aquarum multarum inundantium, & emissarum super terram spatiósam. Pédibus conculebátur coroná superbiæ ébriorum Ephraim. * Ecce apparébit Dóminus super nubem candidam. * Et cum eo Sántorum millia: & habébit in vestiméto, & in femore suo scriptum: Rex regum, & Dóminus dominantium. * Apparébit in finem, & non mentietur: si moram fecerit expecta eum, quia véniens véniet. Et cum.

Lectio ij.

ET erit flos decédens glóriæ exultatiónis ejus, qui est super vérticem vallis pinguium, quasi temporáneum ante maturitatem autumni: quod cum aspéxerit videns, statim ut manu tenuerit, devorábit illud. In die illa erit Dóminus exercituum coroná glóriæ, & sertum exultatiónis residuo pópuli sui: & spíritus iudicii sedénti super iudicium, & fortitúdo revertentibus de bello ad portam. Verum hi quoque præ vino nesciunt, & præ ebrietate erraverunt: sacérdos & prophæta nesciunt præ ebrietate, absorpti sunt à vino.

* Bethlehem civitas Dei summi, ex te exiet Dominátor Israël, & egressus ejus sicut à principio di-

rum

aliquántulum, & ne tardes venire ad servos tuos. Añæ. De Sion véniet, qui regnáturus est Dóminus, Emmánuel magnum nomen ejus. Añæ. Ecce Deus meus, & honorábo eum: Deus patris mei, & exaltábo eum. Añæ. Dóminus légifer noster, Dóminus Rex noster, ipse véniet, & salvábit nos.

FERIA SEXTA

Ad Laudes, & per Horas, Añæ.

Constantes estóte, vidébitis auxilium Dómini super vos. Psalmi ejusdem Feriæ. 85. Añæ. Ad te Dómine levávi animam meam: veni, & éripe me, Dómine ad te confúgi. Antiphona. Veni Dómine, & noli tardáre: reláxa facinora plebi tuæ Israël. Añæ. Deus à Libano véniet, & splendor ejus sicut lumen erit. Añæ. Ego autem ad Dóminum aspiciam, & expectábo Deum Salvátorem meum.

SABBATO.

Antiphona secundum superiorem Rubricam. 152.

Ad Canticum verò, Antiphona.

Expectétur sicut plúvia elóquium meum: & descendet super nos sicut ros Deus noster. Psalmi ut in Laudibus Sabbati. 98.

In Festo S. Thomæ pro Commemoratione Adventus ad Benedictus, Añæ. Nolite timére; quintá enim die véniet ad vos Dóminus noster.

Si verò contingat Festum S. Thomæ transferri in secundam Feriam, Antiphona prædicta dicitur ad Benedictus, in Dominica, loco Antiphonæ Ave María.

Ultimo die ante Vigilias Nativitatis ad Benedictus, Antiphona Ecce completa sunt ómnia, quæ dicta sunt per Angelum de Virgine María.

Quibus Antiphonis cedunt aliæ Antiphonæ, in propriis locis ad Benedictus assignatae.

Ad Benedictus, Antiphona.
Tu Bethleem terra Juda, non eris minima: ex te enim exiit dux, qui regat pópulum meum Israel.

Deinde Kyrie eléison, ut sup. 49.

Ad Magnificat, Antiphona.
Elevare, elevare, consurgere Jerusalem: solve vincula colli tui, captiva filia Sion.

Nisi dicenda sit Antiphona. O.

Deinde Kyrie eléison, ut sup. 105.

FERIA QUARTA

Quatuor Temporum.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio j. *Cap. 1. c.*
IN illo tempore: Missus est Angelus Gabriél a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen virginis Maria. Et reliqua. Hómilia Sancti Ambrosii Episcopi.

Lib. 2. in Lucam.

L Atent quidem divina mysteria, nec facile, juxta propheticum dictum, quisquam hóminum potest scire consilium Dei. Sed tamen ex cæteris factis atque præceptis Dómini Salvatoris póssumus intelligere, & hoc propensioris fuisse consilii, quòd ea potissimum electa est, ut Dóminum pareret, quæ erat desponsata viro. Cur autem non antequam desponsaretur, impleta est? Fortasse ne diceretur, quòd conciperet ex adulterio.

R. Clama in fortitudine qui annúntias pacem in Jerusalem: ¶ Dic civitatibus Juda, & habitatoribus Sion: Ecce Deus noster, quem expectabamus, advénit. ¶ Super montem excelsum ascendit tu, qui evangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam. Dic.

Lectio ij.

ET ingressus ad eam Angelus. Disce virginem moribus, disce

virginem verecúndiá, disce oráculo, disce mysterio. Trepidare virginum est, & ad omnes viri ingressus pavere, omnes viri a fatus vereri. Discant mulieres propositum pudoris imitari. Sola in penetralibus, quam nemo virorum viderit, solus Angelus reperit: sola sine comite, sola sine teste: ne quo degénere depravarétur affatu, ab Angelo salutatur.

R. Orietur stella ex Jacob, & exurgit homo de Israel, & confringet omnes duces alienigenarum: ¶ Et erit omnis terra possessio ejus. ¶ Adorabunt eum omnes reges terra, omnes Gentes servient ei. Et.

Lectio iij.

T Anti namque mandati mysterium non hóminis fuit, sed Angeli ore proméndum. Hódie primum auditur: Spiritus sanctus supervéniet in te. Et auditur, & creditur. Dénique: Ecce, inquit, ancilla Dómini: contingat mihi secundum verbum tuum. Vide humilitatem, vide devotionem. Ancillam se dicit Dómini, quæ mater eligitur: nec repentino exaltata promisso est.

R. Modò véniet Dominátor Dóminus: ¶ Et nomen ejus Emmanuel vocabitur. ¶ Orietur in diebus ejus justitia, & abundantia pacis. Et nomen. Glória Patri. Et nomen.

Ad Benedictus, Antiphona.
Missus est Gabriél Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph.

Deinde Kyrie eléison, ut sup. 49.

Oratio.

P Rasta, quæsumus omnipotens Deus: ut redemptionis nostræ ventúra solémnitas, & præsentis nobis vitæ subsidia cónferat, & æternæ beatitudinis præmia largiatur. Per Dóminum nostrum.

Et dicitur ad omnes Horas, præterquam in Vesperis,

Ad

Ad Magnificat, Antiphona.

Ecce ancilla Dómini: fiat mihi secundum verbum tuum.

Nisi dicenda sit Antiphona. O.

Post Preces dicitur Oratio Dominice præcedentis. Aurem tuam. 154.

FERIA QUINTA.

De Isata Propheta.

Lectio j. *Cap. 33.*

V A qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? & qui spernis, nonne & ipse sperneris? cum consummaveris de prædationem, de prædaberis: cum fatigatus desieris contemnere, contemneris. Dómine miserere nostri: te enim expectavimus: esto bráchium nostrum in manè, & salus nostra in tempore tribulationis.

R. Egredietur Dóminus, & præliabitur contra Gentes: ¶ Et stabunt pedes ejus supra montes olivarum ad Orientem. ¶ Et elevabitur supra omnes colles, & fluent ad eum omnes Gentes. Et.

Lectio ij.

A Voce angeli fugerunt pópuli, & ab exaltatione tua dispersæ sunt gentes. Et congregabuntur spólia vestra sicut colligitur bruchus, velut cum fossæ plenæ fuerint de eo. Magnificatus est Dóminus, quóniam habitavit in excélsis: implevit Sion judicio & justitiá. Et erit fides in temporibus tuis: divitiæ salutis, sapientiæ & scientia: timor Dómini ipse est thesaurus ejus.

R. Præcursor pro nobis ingreditur Agnus sine macula, ¶ Secundum ordinem Melchisedech Pontifex factus in ætérnum, & in sæculum sæculi. ¶ Ipse est Rex justitiæ, cujus generatio non habet finem. Secundum.

Lectio iij.

C Onterriti sunt in Sion peccatores, possédit tremor hypocritarum. Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? quis habitabit

ex vobis cum ardóribus sempiternis? Qui ambulat in justitiis, & loquitur veritatem, qui projicit avaritiam ex calúnnia, & excutit manus suas ab omni munere, & excutit obturata aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malum. Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas ejus: panis ei datus est, aquæ ejus fideles sunt. Regem in decore suo videbunt oculi ejus, cernent terram de longè.

R. Videbunt gentes justum tuum, & cuncti reges inclutum tuum: ¶ Et vocabitur tibi nomen novum, quod os Dómini nominavit. ¶ Et eris coróna glóriæ in manu Dómini, & diadéma regni in manu Dei tui. Et vocabitur. Glória Patri. Et.

Ad Benedictus, Antiphona.

Vigilate ánimo, in próximo est Dóminus Deus noster. Nisi occurrat Festum Sancti Thomæ: quia tunc ea prætermittitur, dicitur Antiphona Nolite timere: quintá enim die véniet ad vos Dóminus noster. Quod etiam servatur in sequentibus diebus, quando illud Festum occurrat.

Kyrie eléison, cum Precibus ut supra. 49.

Ad Magnificat, Antiphona.

Letámini cum Jerusalem, & exultate in ea omnes, qui diligitis eam in ætérnum.

Nisi dicenda sit Antiphona. O.

Deinde Kyrie eléison, ut supra. 105.

FERIA SEXTA

Quatuor Temporum.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio j. *Cap. 1. d.*

IN illo tempore: Exurgens Maria abiit in montána cum festinatione in civitatem Juda: Et intravit in domum Zachariæ, & salutavit Elisabeth. Et reliqua.

Ho-

Homilia sancti Ambrosii
Episcopi.

Lib. 2. in Luc. 1. post initium.

MOrale fides omnibus, ut qui fidem exigunt, fidem astruant. Et ideo Angelus, cum abscondita nuntiaret, ut fidem assereret, exemplo senioris feminae, sterilisque conceptum virginie Mariae nuntiavit: ut possibile Deo omne, quod ei placuerit, assereret. Ubi audivit hoc Maria, non quasi incredula de oraculo, nec quasi dubitans de nuntio, nec quasi dubitans de exemplo, sed quasi laeta pro voto, religiosa pro officio, festina pro gaudio, in montana perrexit. Quo enim jam Deo plena, nisi ad superiora cum festinatione contenderet? Nescit tarda molimina sancti Spiritus gratia.

R. Emitte Agnum Domine Dominatorem terrae. **C.** De Petra deserti ad montem filiae Sion. **V.** Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutarem tuam da nobis. De Petra.

Lectio ij.

Discite & vos sanctae mulieres sedulitatem, quam praegnantibus debeatis exhibere cognatis, Mariam, quae ante sola in intimis penetralibus versabatur, non a publico virginitatis pudor, non ab studio asperitas montium, non ab officio prolixitas itineris retardavit. In montana Virgo cum festinatione, Virgo officii memor, injuria immemor, affectu urgente, non sexu relicta perrexit domo. Discite virgines non circumcursare per alienas aedes, non demorari in plateis, non alios in publico miscere sermones. Maria in domo sera, festina in publico, mansit apud cognatam suam tribus mensibus.

R. Rorate coeli desuper, & nubes pluant justum: **C.** Aperiatur terra, & germinet Salvatorem. **V.** Emitte

Agnum Domine Dominatorem terrae, de Petra deserti ad montem filiae Sion. Aperiatur.

Lectio iij.

Didicistis virgines pudorem Mariae, discite humilitatem. Venit propinqua ad proximam, junior ad seniore: nec solum venit, sed etiam prior salutavit. Decet enim, ut quanto castior virgo, tanto humilior sit. Noverit deferre senioribus. Sit magistra humilitatis, in qua est professio castitatis. Est & causa pietatis, est etiam norma doctrinae. Contuendum est enim, quia superior venit ad inferiorem, ut inferior adjuvetur: Maria ad Elisabeth, Christus ad Joannem.

R. Germinaverunt campi eremi germen odoris Israel: quia ecce Deus noster cum virtute veniet, **C.** Et splendor ejus cum eo. **V.** Ex Sion species decoris ejus: Deus noster manifeste veniet. Et splendor, Gloria Patri. Et splendor.

Ad Benedictus Antiphona.

Ex quo facta est vox salutationis tuae in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo, alleluia.

Deinde Kyrie eleison, ut supra 49.

Oratio.

Exulta, quaesumus Domine, potentiam tuam, & veni: ut hi, qui in tua pietate confidunt, ad omni citius adversitatem liberentur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate.

Et dicitur ad omnes Horas, praeterquam in Vesperis.

Ad Magnificat, Antiphona.

Hoc est testimonium, quod perhibuit Joannes: qui post me venit, ante me factus est.

Nisi dicenda sit Antiphona. **O.** Deinde Kyrie eleison, ut supra 109.

Oratio Dominice praedicationis d. 154.

SAB-

SABBATO

Quatuor Temporum.

Lectio sancti Evangelii secundum
Lucam.

Lectio j.

Anno quindodecimo imperii Tiberii Caesaris, procurante Pontio Pilato Judaeam. Et reliqua. Homilia Sancti Gregorii Papae.

Homilia 20. in Evangelia.

Redemptoris nostri Praecursor, quo tempore praedicationis officium acceperit, memoratio Romanae reipublicae principis, & Judaeae regibus, designatur. Quia enim illum praedicare veniebat, qui & ex Judaeae quosdam, & multos ex Gentibus redempturus erat: per regem Gentium, & principes Judaeorum praedicationis ejus tempora designantur. Quia autem Gentilitas colligenda erat, & Judaea pro culpa perfidiae dispergenda, ipsa quoque descriptio terreni principatus ostendit: quoniam & in Romana republica unus praefuisse describitur, & in Judaeae regno per quartam partem plurimi principabantur.

R. Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet: **C.** Et erit justitia cingulum lumborum ejus, & fides cinctorium renium ejus. **V.** Et requiescet super eum spiritus Domini: spiritus sapientiae, & intellectus, spiritus consilii, & fortitudinis. Et erit justitia.

Lectio ij.

Voce etenim nostri Redemptoris dicitur: Omne regnum in seipsum divisum desolabitur. Liqueat ergo, quod ad finem regni Judaeae pervenerat, quae tot regibus divisa subiacebat. Aptè quoque non solum quibus regibus, sed etiam quibus sacerdotibus actum sit, demonstratur: & quia illum Joannes Baptista praedicaret, qui simul Rex & Sacerdos existeret, Lucas Evangelii

lista praedicationis ejus tempora per regnum & sacerdotium designavit. **R.** Radix Jesse, qui exirget judicare Gentes, in eum Gentes sperabunt: **C.** Et erit nomen ejus benedictum in saecula. **V.** Super ipsum continentibus reges os suum, ipsam Gentes deprecabunt. Et erit nomen.

Lectio iij.

ET venit in omnem regionem Jordani, praedicans baptismum poenitentiae, in remissionem peccatorum. Cunctis legentibus liquet, quia Joannes, non solum baptismum poenitentiae praedicavit, verum etiam quibusdam dedit: sed tamen baptismum suum in remissionem peccatorum dare non potuit. Remissio etenim peccatorum in solo nobis baptismo Christi tribuitur. Notandum itaque, quod dicitur: Praedicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum: quoniam baptismum, quod peccata solveret, quia dare non poterat, praedicabat: ut sicut incarnatum Verbum Patris praecurreret verbo praedicationis, ita baptismum poenitentiae, quod peccata solvuntur, praecurreret suo baptisate, quod peccata solvi non possunt.

R. Veni Domine, & noli tardare, relaxa facinora plebi tuae: **C.** Et revoca dispersos in terram suam. **V.** Exulta Domine potentiam tuam, & veni, ut salvos facias nos. Et revoca. Gloria Patri. Et revoca.

Ad Benedictus, Antiphona.

Quomodo fiet istud, Angele Dei, quoniam virum non cognosco? Audi Maria Virgo: Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.

Nisi dicenda sit Antiphona. Noli timere, & nisi haec fuerit dies ante Vigiliam Nativitatis, quia tunc ea praetermissa, dicitur Ave. Ecce completa sunt omnia, quae dicta sunt

sunt per Angelum de Virgine Maria.
Quod etiam servatur (si idem continet) in sequentibus diebus.

Deinde Kyrie eleison. ut supr. 49.

Oratio.

DEus, qui conspicias, quia ex nostra pravitate affligimur: concede propitius; ut ex tua visitatione consolémur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Et dicitur per omnes Horas.

Ad Vesperas.

Capitulum.

1. Cor. 4.

Fratres, Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Hic jam queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniat.

Hymnus.

Creator alme siderum,
Aeterna lux credentium,
Jesu Redemptor omnium,
Intende votis supplicium.
Qui daemone ne fraudibus
Periret orbis, impetu
Amoris actus, languidi
Mundi medela factus es.
Commune qui mundi nefas
Ut expiare, ad Crucem
Et Virginis Sacratio
Intacta prodixit vitima.
Cujus potestas glorie,
Nomenque cum primis sonat;
Et Caelites, & inferi
Tremente curvantur genu.

Te deprecamur ultima

Magnum dei iudicem.

Armis supernae gratiae

Defende nos ab hostibus.

Virtus, honor, laus, gloria

Deo Patri cum Filio,

Sancto simul Paraclito,

In saeculorum saecula. Amen.

V. Rorate caeli desuper, & nubes pluant justum. **R.** Aperiatur terra, & germinet Salvatorem.

Antiphona ad Magnificat, una ex majoribus. O.

Oratio.

Exulta, quæsumus Domine, potentiam tuam, & veni, & magna nobis virtute, succurre: ut per auxilium gratiae tuae, quod nostra peccata praepediunt, indulgentiae tuae propitiationis acceleret. Qui vivis.

DOMINICA IV.

Adventus.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Propè est jam Dominus: *Venite, adoremus. Psalmus. Venite. 1.

Hymnus.

Verbum supernum prodiens

E Patris aeterni sinu,

Qui natus orbi subvenis,

Labente cursu temporis:

Illumina nunc peccata,

Tuoque amore concrema;

Ut cor caduca deserens

Caeli voluptas impleat.

Ut, cum tribunal iudicis

Damnabit igni noxios,

Et vox amica debitum

Vocabit ad caelum pios:

Non esca flammaram nigros

Volvamur inter turbines,

Vultu Dei sed compotes

Caeli fruamur gaudis.

Patri, simulque Filio,

Tibi que sancte Spiritus,

Sicut fuit, sit jugiter

Saeculum per omne gloria. Amen.

In primo Nocturno, Antiphona.

Veniet ecce Rex. Psalm. Beatus vir

cum reliquis ut in Psalterio. 2.

De Isaia Propheta.

LECTIO I.

Cap. 35.

Letabitur deserta, & in via, & exultabit solitudo, & florabit, quasi lilium. Germanas germinabit, & exultabit letabunda & laudans: gloria Libani data est ei: decore Carmeli & Saron, ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei nostri. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate.

Di-

Dicite pusillanimis: Confortamini, & nolite timere: ecce Deus vester ultionem adducet retributionis: Deus ipse veniet, & salvabit vos. Tunc aperientur oculi caecorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum: quia scissae sunt in deserto aquae, & torrentes in solitudine. Et quae erat arida, erit in stagnum, & sitiens in fontes aquarum.

R. Canite tuba in Sion, vocate Gentes, annuntiate populis, & dicit: **V.** Ecce Deus Salvator noster adveniet. **R.** Annuntiate, & auditum facite: loquimini, & clamate. Ecce.

LECTIO II.

In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, oriatur viror calami & junci. Et erit ibi semita & via, & via sancta vocabitur: non transibit per eam pollutus, & haec erit vobis directa via, ita ut stulti non errent per eam. Non erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per eam, nec invenietur ibi: & ambulabunt qui liberati fuerint. Et redempti a Domino convertentur, & venient in Sion cum laude: & letitia sempiterna super caput eorum: gaudium & letitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus.

R. Non auferetur sceptrum de Juda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est: **V.** Et ipse erit expectatio Gentium. **R.** Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores. Et.

LECTIO III.

Cap. 41.

Taceant ad me insulae, & Gentes mutent fortitudinem: accedant, & tunc loquantur, simul ad iudicium propinquum. Quis suscitavit ab Oriente justum, vocavit eum ut sequeretur se? dabit in conspectu eius Gentes, & reges obri-

Parti Hyemalis.

nebit: dabit quasi pulverem gladio ejus, sicut stipulam vento raptam arcui ejus. Persequetur eos, transibit in pace, semita in pedibus ejus non apparebit. Quis haec operatus est, & fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dominus, primus & novissimus ego sum.

R. Me oportet minui, illum autem crescere: qui autem post me venit, ante me factus est: Cujus non sum dignus corrigiam calceamentorum solvere. **V.** Ego baptizavi vds aqua: ille autem baptizabit vos Spiritu sancto. Cujus non. Gloria Patri. Cujus non.

In secundo Nocturno, Antiphona. Gaude & letare. Psalmus. Conserva, cum reliquis de Psalterio. 8.

Sermo Sancti Leonis Papae.

LECTIO IV.

Sermone de jejunio decimi mensis, & collectis.

Si fideliter, dilectissimi, atque sapienter creationis nostrae intelligamus exordium, inveniemus hominem ideò ad imaginem Dei conditum, ut imitator sui esset auctoris: & hanc esse naturalem nostram dignitatem, si in nobis, quasi in quodam speculo, divinae benignitatis forma resplendeat. Ad quam quotidie nos utique reparat gratia Salvatoris, dum quod cecidit in Adam primo, erigitur in secundo.

R. Nascetur nobis parvulus, & vocabitur Deus, fortis: **V.** Ipse sedebit super thronum David patris sui, & imperabit: ejus potestas super humerum ejus. **V.** In ipso benedicentur omnes tribus terrae, omnes Gentes servient ei. Ipse sedebit.

LECTIO V.

Causa autem reparationis nostrae non est nisi misericordia Dei: quem non diligeremus, nisi prius nos ipse sedebit.

L

té-

ténébras ignorantie nostrae, suae veritatis luce discerneret. Quod per sanctum Isaiam Dóminus denuntiavit, ait: Adducam caecos in viam quae ignorabant, & semitas quas nesciebant, faciam illos calcare: faciam illis ténébras in lucem, & pravam in directam. Haec verba faciam illis, & non relinquam eos. Et iterum: Inventus sum, inquit, à non quaerentibus me, & palam apparui iis qui me non interrogabant.

R. Ecce jam venit plenitudo temporis, in quo misit Deus Filium suum in terras, natum de Virgine, factum sub lege: * Ut eos, qui sub lege erant, redimeret. **V.** Propter nimiam charitatem suam, quae dilixit nos Deus, Filium suum misit in similitudinem carnis peccati. Ut eos.

LECTIO VI.

Quod quomodo implétum sit, Joannes Apostolus docet, dicens: Scimus quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum, & simus in vero Filio eius. Et iterum: Nos ergo diligamus Deum, quoniam ipse prior dilixit nos. Diligendo itaque nos Deus, ad imaginem suam nos reparat: & ut in nobis formam suae bonitatis inveniat, dat undè ipsi quoque quod operatur operemur, accendens scilicet mentium nostrarum lucernas, & igne nos suae charitatis inflammans, ut non solum ipsum, sed etiam quidquid diligit, diligamus.

R. Virgo Israel revertere ad civitates tuas: * Usquequo dolens averteris? generabis Dóminum Salvatorem, oblationem novam in terra: * Ambulabunt homines in salvationem. **V.** In charitate perpetua dilixi te: ideò atraxi te miserans tui. Usquequo. Glória Patri. Ambulabunt.

In tertio Nocturno, Antiphona, Gabriel Angelus. Psalmus. Coeli enarrant, cum reliquis ut in Psalterio. 11.

LECTIO sancti Evangelii secundum Lucam.

LECTIO VII. **Cap. 3.**
Anno quintodecimo imperii Tiberii Caesaris, procurante Pontio Pilato Judaeam. Et reliqua. De Homilia Sancti Gregorii Papae. **Ex Hom. 20. in Evang. ante medium.**

Dicebat Joannes ad turbas, quae exibat ut baptizarentur ab eo: Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Ventura enim ira est animadversio ultionis extremae: quam tunc fugere peccator non valet; qui nunc ad lamenta poenitentiae non recurrit. Et notandum, quod male soboles, malorum parentum actionem imitantes, genimina viperarum vocantur: quia per hoc quod bonis invident, eosque persequuntur, quod quibusdam mala retribuunt, quod lesiones proximis exquirunt: quoniam in his omnibus patrum suorum carnalium vias sequuntur, quasi venenati filii de venenatis parentibus nati sunt.

R. Juravi, dicit Dóminus, ut ultra jam non irascar super terram: montes enim, & colles suscipient justitiam meam. * Et testamentum pacis erit in Jerusalem. **V.** Juxta est salus mea, ut veniat: & justitia mea, ut reveletur. Et testamentum.

LECTIO VIII.

Sed quia jam peccavimus, quia usu male consuetudinis involuti sumus: dicat quid nobis faciendum sit, ut fugere à ventura ira valeamus. Sequitur: Facite ergo fructus dignos poenitentiae. In quibus verbis notandum est, quod amicus sponsi non solum fructus poenitentiae, sed dignos poenitentiae, admonet esse faci-

ciendos. Aliud namque est fructum facere poenitentiae, aliud dignum poenitentiae fructum facere. Ut enim secundum dignos poenitentiae fructus loquamur, sciendum est, quia quisquis illicita nulla commisit, huic iure conceditur, ut licitis utatur: sicque pietatis opera faciat, ut tamen si voluerit, ea quae mundi sunt, non relinquat.

R. Non discédimus à te, vivificabis, nos Dómine, & nomen tuum invocabimus: * Ostende nobis faciem tuam, & salvi érimus. **V.** Meménto nostri Dómine in beneplácito populi tui: visita nos in salutari tuo. Ostende.

LECTIO IX.

At si quis in fornicationis culpam, vel fortasse, quod est gravius, in adulterium lapsus est, tantò à se licita debet abscindere, tantò se méminit & illicita perpetrásse. Neque enim par fructus boni operis esse debet, ejus qui minús, & ejus qui amplius deliquit: aut ejus qui in nullis, & ejus qui in quibusdam facinoribus cecidit, & ejus qui in multis est lapsus. Per hoc ergo quod dicitur: Facite dignos fructus poenitentiae: uniuscujusque conscientia convenitur, ut tanto majora acquirat bonorum operum lucra per poenitentiam, quanto graviora sibi intulit damna per culpam.

R. Intuemini quantum sit iste, qui ingreditur ad salvandas Gentes: ipse est Rex justitiae: * Cujus generatio non habet finem. **V.** Praecursor pro nobis ingreditur, secundum ordinem Melchisedech pontifex factus in aeternum. Cujus. Glória Patri. Cujus.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

Cum te tuba in Sion, quia propè est dies Dómini: ecce veniet ad salvandum nos, allelúia, allelúia. Psalmus: Dóminus regnavit, cum reliquis, 14. **Añ.** Ecce veniet de-

sideratus cunctis Géntibus: & replébitur glória domus Dómini, allelúia. **Añ.** Erunt prava in directam, & aspera in vias planas: veni Dómine, & noli tardare, allelúia. **Añ.** Dóminus veniet, occurrite illi, dicentes Magnum principium, & regni ejus non erit finis: Deus, fortis, dominator, princeps pacis, allelúia, allelúia. **Añ.** Omnipotens sermo tuus Dómine à regalibus sédibus veniet, allelúia.

Capitulum.

1. Cor. 4.

Ratres, Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Hic jam queritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur.

Hymnus.

En clara vos redarguit Obscura quaque personans: Procul fugentur somnia: Ab alto Jesus promicat. Mens jam resurgat torpida, Non amplius jacens humi: Sidus resurget jam novum, Ut tollat omne noxium. En Agnus ad nos mittitur Laxare gratis debuit: Omnes simul cum lacrymis Precemur indulgentiam. Ut, cum secundo fulserit, Merique mundum cinxerit, Non pro reatu poniat, Sed nos plus tunc protegat. Virtus, honor, laus, gloria Deo Patri cum Filio, Sancto simul Paraclito, In saeculorum saecula. Amen.

V. Vox clamantis in deserto, parate viam Dómini. **R.** Rectas facite semitas ejus.

Ad Benedictus, Antiphona.
Ave Maria, grátia plena: Dóminus tecum: benedicta tu in mulieribus, allelúia.

Nisi dicenda sit **Añ.** Nolite timere, vel **Añ.** Ecce completa. 135.

Oratio.

EXcita, quesumus Dómine, potentiam tuam, & veni, & magna nobis virtute succurre; ut per auxiliium grátie tuæ, quod nostra peccata præpediunt, indulgentia tuæ propitiatiónis accelleret. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Ad Tertiam, Antiphona. Ecce veniet. Capitulum, Fratres, Sic nos. 163.

R. breve. Veni ad liberandum nos. * Dómine Deus virtutum. Veni. **V.** Ostende faciem tuam, & salvérimus. Dómine Deus. Glória Patri. Veni. **V.** Timébunt Gentes nomen tuum Dómine. **R.** Et omnes reges terræ glóriam tuam.

Ad Sextam, Antiphona. Erunt prava.

Capitulum. 1. Cor. 4.

Mihi autem pro minimo est ut à vobis iudicet, aut ab humano die: sed neque meipsum iudico. **R.** breve. Ostende nobis Dómine. * Misericórdiam tuam. Ostende. **V.** Et salutare tuum da nobis. Misericórdiam. Glória Patri. Ostende. **V.** Meménto nostri Dómine in beneplicito pópuli tui. **R.** Visita nos in salutári tuo.

Ad Nonam, Antiphona. Omnipotens sermo.

Capitulum. 1. Cor. 4.

Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadúsque véniat Dóminus: qui & illuminábit abscondita tenebrarum, & manifestábit consilia cordium: & tunc laus erit unicuique à Deo.

R. Super te Jérusalem, Orietur Dóminus. Super. **V.** Et glória ejus in te videbitur. Orietur. Glória Patri. Super. **V.** Dómine Deus virtutum converte nos. **R.** Et ostende faciem tuam, & salvérimus.

Ad Vesperas, Antiphona. Cánite tuba, cum reliq. de Laudibus. 163. Psalmus. Dixit Dóminus, cum reli-

quus. 100. Capitulum. Fratres, Sic nos. Hymnus. Creator alme siderum. 160. **V.** Rorate cæli desuper, & nubes pluant justum. **R.** Aperitur terra, & germinet Salvatorem.

Nisi dicenda sit Antiphona. O. Oratio. Excita quesumus, supra. Post Vesperas diei dicuntur Vesperæ Defunctorum. clvi.

FERIA SECUNDA.

Ad Matutinum, Invitativum. Propè est jam Dóminus: * Venite, adorémus. Psalmus. Venite. 1. Hymnus. Verbum supernum prædiens. 160. Antiphona. Dóminus defensor. Psalmus. Dóminus illuminatio, cum reliquis de Psalterio. 39.

De Isala Prophéta.

Cap. 41. b.

Et tu Israël serve meus, Jacob quem elegi, semen Abraham amici mei: in quo apprehendi te ab extrémis terræ, & à longinquis ejus vocavi te, & dixi tibi: servus meus es tu, elegi te, & non abjeci te. Ne timeas, quia ego tecum sum: ne declines, quia ego Deus tuus: confortavi te, & auxiliatus sum tibi, & suscepit te dextera justi mei.

R. Cánite tubá in Sion, vocáte Gentes, annuntiáte pópulis, & dicit: * Ecce Deus Salvátor noster advéniet. **V.** Annuntiáte, & auditum facite: loquimini, & clamáte. Ecce Deus.

Ecce confundentur & erubescunt omnes, qui pugnant adversum te: erunt quasi non sint, & peribunt viri, qui contradicunt tibi. Quæres eos, & non invénies, viros rebelles tuos: erunt quasi non sint: & véluti consumptio homines belantes adversum te. Quia ego Dóminus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicénsque tibi: Ne timeas, ego adjuvi te.

R. Non auferetur sceptrum de Juda,

Oratio.

da, & dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est: * Et ipse erit expectatio Gentium. **V.** Philchristiões sunt oculi ejus vino, & dentes ejus lacte candidiões. Et.

Leçtio ii.

Noli timere vermis Jacob, qui mortui estis ex Israël: ego auxiliatus sum tibi, dicit Dóminus: & redemptor tuus sanctus Israël. Ego pósui te quasi plastrum tritürans novum, habens rostra serrantia: triturabis montes, & comminues: & colles quasi pulverem ponēs. Ventilabis eos, & turbo disperget eos: & tu exultabis in Dómino, in sancto Israël lataberis.

R. Me oportet minui, illum autem crescere: qui autem post me venit, ante me factus est: * Cujus non sum dignus corrigiam calceamentorum solve. **V.** Ego baptizavi vos aqua: ille autem baptizabit vos Spiritu sancto. Cujus non. Glória Patri. Cujus non.

Ad Laudes, Antiphona secundam superiorem Rubricam. 152. Psalmus. Miserere, cum reliquis de Psalterio. 47.

Isaia 2.

Venite & ascendamus ad montem Dómini, & ad domum Dei Jacob, & docébit nos vias suas, & ambulabimus in semitis ejus: quia de Sion exibat lex, & verbum Dómini de Jérusalem.

Hymnus. En clara vox. 163. **V.** Vox clamantis in deserto, paráte viam Dómini. **R.** Rectas facite semitas ejus.

Ad Benedictus, Antiphona. Dicit Dóminus: Penitentiam agite: appropinquavit enim regnum cælorum, alleluia.

Nisi dicenda sit Antiphona, Nollite timere, vel Antiphona. Ecce compléta. 143.

Deinde Kyrie eleison, ut sup. 49.

EXcita, quesumus Dómine, potentiam tuam, & veni, & magna nobis virtute succurre; ut per auxiliium grátie tuæ, quod nostra peccata præpediunt, indulgentia tuæ propitiatiónis accelleret. Qui vivis. Hodie dicitur Officium Defunctorum. clix.

Ad Horas, Antiphona & reliqua, ut annotatur Feria ii. post Dominicam primam Adventus. 132.

Ad Tertiam, Capitulum.

Jeremia 23.

Ecce dies veniunt, dicit Dóminus: & suscitabo David germanum justum: & regnabit rex, & sapiens erit: & faciet iudicium & iustitiam in terra.

R. breve. Veni ad liberandum nos. * Dómine Deus virtutum. Veni. **V.** Ostende faciem tuam, & salvérimus. Dómine Deus. Glória Patri. Veni. **V.** Timébunt Gentes nomen tuum Dómine. **R.** Et omnes reges terræ glóriam tuam.

Post **R.** breve, dicitur Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. **V.** Dómine Deus virtutum, ut in Psalterio. 33.

Ad Sextam, Capitulum.

Jeremia 23.

In diebus illis salvabitur Juda, & Israël habitabit confidenter: & hoc est nomen, quod vocabant eum, Dóminus justus noster.

R. breve. Ostende nobis Dómine, * Misericórdiam tuam. Ostende. **V.** Et salutare tuum da nobis. Misericórdiam. Glória Patri. Ostende. **V.** Meménto nostri Dómine in beneplicito pópuli tui. **R.** Visita nos in salutári tuo.

Deinde Kyrie eleison, ut sup. 35.

Ad Nonam, Capitulum.

Isaia 14.

Propè est ut véniat tempus ejus, & dies ejus non elongabuntur.

L 3 Mi-

Miserébitur enim Dóminus Jacob, & Israël salvabitur.
B. br. Super te Jerusalem. * Orietur Dóminus. Super. *Y.* Et glória ejus in te videbitur. Orietur. Glória Patri. Super. *Y.* Veni Dómine, & noli tardare. *R.* Reláxa facinora plebi tuæ.

Deinde Kyrie eleíson, ut sup. 38.
 Ad Vesperas, Antiphona. Inclínávit. Psalmus. Diléxi, cum reliquis de Psalterio, 103.

Capitulum. *Gen. 49. b.*
 Non auferétur sceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat qui mitténdus est, & ipse erit expectatio géntium.

Hymnus. Créator alme. *Y.* Rorate, ut suprá, 160.

Ad Magnificat, Antiphona. O. Deinde Kyrie eleíson, ut sup. 105.
FERIA TERTIA.
 De Isaia Prophéta.

Lectio i. *Cap. 42.*
Ecce servus meus, suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum super eum, iudicium géntibus próferet. Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur vox ejus foris. Cálam quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet: in veritate edicet iudicium. Non erit tristis, neque turbuléntus, donec ponat in terra iudicium: & legem ejus insulæ expectábunt.

R. Nascétur nobis párvulus, & vocabitur Deus, fortis: * Ipse sedébit super thronum David patris sui, & imperábit: cuius potestas super humerum ejus. *Y.* In ipso benedicentur omnes tribus terræ, omnes Gentes sérvient ei. Ipse sedébit.

Lectio ii.
Hæc dicit Dóminus Deus creans caelos, & extendens eos: firmans terram, & quæ géminant ex ea: dans flatum pópulo, qui est sus-

per eam, & spiritum calcántibuseam. Ego Dóminus vocávi te in iustitia, & apprehéndi manum tuam, & servávi te. Et dedi te in foedus pópuli, in lucem Géntium: Ut aperires oculos cacórum, & edúceres de conclusione vincitum, de domo cárceris sedéntes in ténébris.

R. Ecce jam venit plenitudo témporis, in quo misit Deus Filium suum in terras, natum de Virgine, factum sub lege. * Ut eos, qui sub lege erant, fedimeret. *Y.* Propter nimiam charitatem suam, quæ diléxit nos Deus, Filium suum misit in similitudinem carnis peccati. Ut eos.

Lectio iii.
Cantáte Dómino cánticum novum, laus ejus ab extrémis terræ: qui descenditis in mare, & plenitudo ejus, insulæ, & habitatores earum. Sublevétur désertum, & civitates ejus: in dómibus habitabit Cedar: laudátes habitatores Petræ, de vértice móntium clamábunt. Poneñt Dómino glóriam, & laudem ejus in insulis nunciábunt. Dóminus sicut fortis egrediétur, sicut vir præliátor suscitábit zelum: vociferábitur, & clamábit: super inimicos suos confortábitur.

R. Virgo Israël revértere ad civitates tuas: * Usquequò dolens averteris? generabis Dóminus Salvátorem, oblatiónem novam in terra: * Ambulábunt hómines in Salvatiónem. *Y.* In charitate perpétua diléxi te: ideo attráxi te, miserans tui. Usquequò. Glória Patri. Ambulábunt.

Ad Benedíctus, Antiphona. Consurge, consurge, induere fortitudinem bráchium Dómini.

Nisi dicenda sit Antiphona. Nolite timere, vel Antiphona. Ecce completa, 153.

Deinde Kyrie eleíson, ut sup. 49.
 Ad Magnificat, Antiphona. O.
 Deinde

Deinde Kyrie eleíson, ut supra. 105.

FERIA QUARTA.

De Isaia Prophéta.

Lectio i. *Cap. 51.*

Audite me, qui sequimini quod justum est, & quaritis Dóminum: attendite ad petram undé excisi estis, & ad cavérnam laci, de qua præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram, quæ péperit vos: quia unum vocávi eum, & benedixi ei, & multiplicávi eum. Consolábitur ergo Dóminus Sion, & consolábitur omnes ruinas ejus: & ponet désertum ejus quasi delicias, & solitudinem ejus quasi hortum Dómini. Gaudium & lætitia inveniétur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.

R. Jurávi, dicit Dóminus, ut ultrá jam non iráscar super terram: montes enim, & colles suscipient iustitiam meam, * Et testaméntum pacis erit in Jérusalem. *Y.* Juxtá est salus mea, ut veniat: & iustitia mea, ut revelétur. Et testaméntum.

Lectio ii.

Atendite ad me pópule meus, & tribus mea me audite: quia lex à me exiit, & iudicium meum in lucem populórum requiescet. Propé est justus meus, egréssus est salvátor meus, & bráchia mea expectábunt, & bráchium meum sustinebunt. Leváte in cælum oculos vestros, & videte sub terra deorsum: quia cæli sicut fumus liquéscent, & terra sicut vestiméntum atterétur, & habitatores ejus sicut hæc interibunt: Salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea non deficiet.

R. Non discédimus à te, vivificábis nos Dómine, & nomen tuum invocábitur: * Osténde nobis faciem tuam, & salví erimus.

Y. Meménto nostri Dómine in be-

neplácito pópuli tui: visita nos in salutári tuo. Osténde, Lectio iii.

Audite me qui scitis justum, pópulus meus lex mea in corde eórum: nolite timere opprobrium hóminum, & blasphemias eórum ne metuáris. Sicut enim vestiméntum, sic comédet eos vermis: & sicut lanam, sic devorábit eos tineæ: Salus autem mea in generatióne generatiónum. *R.* Intuemini quantus sit iste, qui ingreditur ad salvandas Gentes: ipse est Rex iustitiæ: * Cuius generatio non habet finem. *Y.* Præcursor pro nobis ingreditur, secundum ordinem Melchisedech pónitífex factus in ætérnum. Cujus generatio Glória Patri. Cuius generatio.

Ad Benedíctus, Antiphona. Ponam in Sion salútem, & in Jérusalem glóriam meam, alleluia.

Nisi dicenda sit Antiphona. Nolite timere, vel Antiphona. Ecce completa, 153.

Deinde Kyrie eleíson, ut sup. 49.
 Ad Magnificat, Antiphona. O.

Deinde Kyrie eleíson, ut sup. 105.
FERIA QUINTA.
 De Isaia Prophéta.

Lectio i. *Cap. 64.*

Utinam dirumperes caelos, & descenderes: à facie tua montes defluerent. Sicut existio ignis tabéscerent, & aque arderent igni, ut notum fieret nomen tuum inimicis tuis: à facie tua gentes turbarentur. Cum feceris mirabilia, non sustinebimus: descendisti, & à facie tua montes defluxerunt. A sæculo non audierunt, neque auribus perceperunt: oculus non vidit, Deus absque te, quæ præparasti expectántibus te.

R. Canite tubá in Sion, vocáte Gentes, annuntiáte pópulis, & dicite: * Ecce Deus Salvátor noster advéniat. *Y.* Annuntiáte, & audistis

facite: loquimini & clamate. Ecce.

LECTIO II.

O Curristi lætanti, & faciēti iustitiam: in vīs tuis recordabuntur tui: ecce tu iratus es, & peccavimus: in ipsis fuimus semper, & salvabimur. Et facti sumus ut immundus omnes nos: & quasi pannus menstruatae universae iustitiae nostrae: & cecidimus quasi folium universi, & iniquitates nostrae quasi ventus abstulerunt nos. Non est qui invocet nomen tuum: qui consurgat, & teneat te: abscondisti faciem tuam à nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostrae.

Non auferetur sceptrum de Juda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio Gentium. **V.** Pulchriorēs sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores. Et ipse.

LECTIO III.

Et nunc Domine, pater noster es tu, nos verò lutum: & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos. Ne irascaris Domine satis, & neutra memineris iniquitatis nostrae: ecce respice, populus tuus omnes nos. Civitas sancti tui facta est deserta, Sion deserta facta est, Ierusalem desolata est. Domus sanctificationis nostrae, & gloria nostra, ubi laudaverunt te patres nostri, facta est in exustionem ignis, & omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas.

Me oportet minui, illum autem crescere: qui autem post me venit, ante me factus est: Cujus non sum dignus corrigiam calcamentorum solvere. **V.** Ego baptizavi vos spiritu: ille autem baptizabit vos Spiritu sancto, Cujus. Gloria Patri. Cujus.

Ad Benedictus, Antiphona. Consolamini, consolamini popule meus, dicit Dominus Deus vester.

Nisi dicenda sit Antiphona. Ecce completa. 153.

Deinde Kyrie eleison, ut sup. 49. Ad Magnificat, Antiphona. O. Deinde Kyrie eleison, ut sup. 105. **FERIA SEXTA.**

De Isaia Propheta.

LECTIO I.

Audite verbum Domini, qui trēmītis ad verbum eius: dixerunt fratres vestri odiētes vos, & abjiciētes propter nomen meum: glorificetur Dominus, & videbimus in lætitia vestra: ipsi autem confundentur. Vox populi de civitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis suis. Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus ejus, peperit masculinum. Quis audivit unquam tale? & quis vidit huic simile? numquid parturiet terra in die una? aut parietur gens simul, quia parturivit & peperit Sion filios suos?

Nascetur nobis parvulus, & vocabitur Deus, fortis: Ipse sedebit super thronum David patris sui, & imperabit: cuius potestas super humerum ejus. **V.** In ipso benedicentur omnes tribus terrae, omnes Gentes servient ei. Ipse sedebit.

LECTIO II.

Numquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam, dicit Dominus? si ego, qui generationem ceteris tribuo, sterilis ero, ait Dominus Deus tuus? Lætamiini cum Ierusalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eam: gaudete cum eam gaudio universi, qui luxeritis super eam ut sugatis, qui repleamini ab ubere consolationis ejus: ut mulgeatis, & deliciis affluatis ab omnimoda gloria ejus. Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego declinabo super eam quasi fluvium pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam Gentium, quam sugētis: ad ubera portabimini, & super gēna blandientur vobis.

R.

R. Ecce jam venit plenitudo temporis, in quo misit Deus Filium suum in terras, namque de Virgine, factum sub lege: * Ut eos, qui sub lege erant, redimeret. **V.** Propternimiam charitatem suam, quā dilexit nos Deus, Filium suum misit in similitudinem carnis peccati. Ut eos.

LECTIO III.

Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, & in Jerusalem consolabimini. Videbitis, & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra quasi herba germinabunt, & cognoscetur manus Domini servis ejus, & indignabitur inimicis suis. Quia ecce Dominus in igne veniet, & quasi turbo quadrigæ ejus: reddere in indignatione furorem suum, & increpationem suam in flamma ignis: quia in igne Dominus dijudicabit, & in gladio suo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti à Domino.

Virgo Israël reverte ad civitates tuas: * Usquequò dolens averteris? generabis Dominum Salvatorem, oblationem novam in terra: * Ambulabunt homines in salvationem. **V.** In charitate perpetua dilexi te: ideo atraxi te, miserans tui. Usquequò. Gloria Patri. Ambulabunt.

Ad Benedictus, Antiphona. Ecce completa sunt omnia, quae dicta sunt per Angelum, de Virgine Maria.

Deinde Kyrie eleison, ut sup. 49.

Ad Magnificat, Antiphona.

O Emmanuel, Rex & legislator noster, expectatio Gentium, & Salvator eorum: veni ad salvandum nos, Domine Deus noster.

Deinde Kyrie eleison, ut sup. 105.

Si Vigilia Nativitatis Domini venerit in Dominica, Officium fit hoc modo.

Ad Matutinum, Invitatorium de Vigilia. Hodie sciētis, ut infra.

Hymnus de Adventu. Verbum superum prodiens, ut infra.

Antiphona, Psalmi, **VV.** Lectiones & **R.** in primo & secundo Nocturno dicuntur de Dominica quarta.

In tertio Nocturno, Antiphona & Psalmi de Dominica, Versiculi de Vigilia, tres Lectiones de Homilia Vigiliae cum suis Responsoriis: & non legitur Homilia Dominicae pro ultima Lectione. Laudes de Vigilia cum Commemoratione de Dominica. Similiter & per Horas celebratur Officium de Vigilia.

IN VIGILIA

Nativitatis Domini.

Ad Matutinum, Invitatorium. Hodie sciētis, quia veniet Dominus. * Et manē videbitis gloriam ejus. Psalmus. Venite, exultemus. 1.

Hymnus.

Verbum superum prodiens

Et Patris aeterni sinu,

Qui natus orbi subvenis,

Labente cursu temporis:

Illumina nunc peccata,

Tuoque amore concrema;

Ut cor caduca deserens

Caeli voluptas impleat.

Ut, cum tribulans Judicis

Dammabit igni noxios,

Et vox amica debitum

Vocabit ad caelum pios;

Non esca flammarum nigros

Volvamarum inter turbinis,

Vultu Dei sed compotes

Caeli fruamur gaudis.

Patri, simulque Filio,

Tibique sancte Spiritus,

Sicut fuit, sit jugiter

Saeculum per omne gloria. Amen.

Ant. & Psalmi de Feria occurr.

Hodie sciētis, quia veniet Domini.

Et manē videbitis gloriam ejus.

LECTIO sancti Evangelii secundum Mattheum.

LECTIO I. **Cap. 1. c.**

Um esset desponsata mater Jesu Maria Joseph, antequam con-

con-

convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. Et reliqua.
Homilia Sancti Hieronymi Presbyteri.

Lib. 1. Comment. in cap. 1. Matth.

Quare non de simplici virgine, sed de desponsata concipitur? Primum, ut per generationem Joseph origo Mariæ monstraretur; secundo, ne lapidaretur à Judæis ut adultera: tertio, ut in Ægyptum fugiens haberet solatium. Martyr Ignatius etiam quartam addidit causam, cur à desponsata conceptus sit: Ut partus, iniquus, ejus clareretur diabolo, dum eum putat non de virgine, sed de uxore generatum.

R. Sanctificamini hodie, & estote parati: quia die crastina videbitis, parati: quia die crastina videbitis, & Majestatem Dei in vobis. *V.* Hodie sciētis, quia venit Dominus, & manē videbitis Majestatem Dei.

Lectio II.

Antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. Non ab alio inventa est, nisi à Joseph, qui penē licentia maritali futuræ uxoris omnia noverat. Quod autem dicitur, Antequam convenirent; non sequitur ut postea convenirent: sed Scriptura, quod factum non sit, ostendit.

R. Constantes estote, videbitis auxilium Domini super vos: Judæa & Jerusalem nolite timere: Cras egrediemini, & Dominus erit vobiscum. *V.* Sanctificamini filii Israël, & estote parati. Cras egrediemini.

Lectio III.

Joseph autem vir ejus, cum esset justus, & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Si quis fornicariæ conjungitur, unum corpus efficitur; & in lege præceptum est, non solum reos, sed & consocios criminum obnoxios esse peccati: quomodo Joseph, cum

crimen cellaret uxoris, justus scribitur? Sed hoc testimonium Mariæ est, quod Joseph sciens illius castitatem, & admirans quod evenerat, celat silentio, cujus mysterium nesciebat.

R. Sanctificamini filii Israël, dicit Dominus: die enim crastina descendet Dominus. *V.* Et auferet à vobis omnem languorem. *V.* Crastina die delēbitur iniquitas terræ, & regnabit super nos Salvator mundi. Et auferet. Glória Patri. Et auferet.

Deinceps Officium fit Duplex.

AD LAUDES,
& per Horas, Antiphona.

Judæa & Jerusalem nolite timere: cras egrediemini, & Dominus erit vobiscum, alleluia.

Psalmus. Dominus regnavit, cum reliquis. *14. Antiphona.* Hodie sciētis quia venit Dominus: & manē videbitis gloriā ejus. *Añs.* Crastina die delēbitur iniquitas terræ, & regnabit super nos Salvator mundi. *Añs.* Dominus veniet, occurrere illi, dicentes: Magnum principium, & regni ejus non erit finis. Deus, fortis, dominator, princeps pacis, alleluia. *Añs.* Crastina erit vobis salus, dicit Dominus Deus exercituum.

Capitulum. *Rom. 1.*

Paulus servus Jesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Evangelium Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem.

Hymnus.

En clara vox redarguit
Obscūra quæque personans:
Procul fugentur sōmnia:
Ab alto Jesus prōmicat.
Mens jam resurgat tōrpidā,
Non amplius jacens humi:

Si-

Sidus refulget jam novum,
Ut tollat omne noxium.

En Agnus ad nos mittitur
Laxare gratis debitum:
Omnes simul cum lacrymis
Precemur indulgentiam.

Ut, cum secundo fulserit,
Metuque mundum cinxerit,
Non pro reatu puniat,
Sed nos pius tunc protegat.

Virtus, honor, laus, gloria
Deo Patri cum Filio,
Sancto simul Paraclito,
In seculorum sæcula. Amen.

V. Crastina die delēbitur iniquitas terræ. *R.* Et regnabit super nos Salvator mundi.

Ad Benedictus, Antiphona.
Orietur sicut sol Salvator mundi,
& descendet in uterum Virginis,
sicut imber super gramen, alleluia.

Oratio.

Deus, qui nos redemptionis nostræ annuā expectationē letificas: præsta, ut Unigenitum tuum, quem Redemptorem læti suscipimus, venientem quoque iudicem securi videamus, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit & regnat.

Et dicitur per Horas diei.
Prima dicitur sicut in Duplicibus,
& ad Absolutionem Capituli dicitur
Capitulum Nonæ.

Ad Tertiam, Antiphona. Hodie sciētis. *Capitulum.* Paulus servus.

ut supra 170.

R. *br.* Hodiē sciētis, * Quia veniet Dominus. Hodiē sciētis. *V.* Et manē videbitis gloriā ejus. Quia. Glória Patri. Hodiē. *V.* Constantes estote. *R.* Videbitis auxilium Domini super vos.

Ad Sextam, Antiphona.

Crastina die.
Capitulum. *Rom. 1.*
Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri.

R. breve Crastina die, * Delēbitur iniquitas terræ. Crastina die. *V.* Et regnabit super nos Salvator mundi. Delēbitur iniquitas. Glória Patri. Crastina die. *V.* Crastina erit vobis salus. *R.* Dicit Dominus Deus exercituum.

Ad Nonam, Antiphona.

Crastina erit.
Capitulum. *Rom. 1.*
Per quem accēpimus grātiā, & Apostolatū ad obediendum fidei in omnibus quibus pro nōmine ejus, in quibus estis & vos vocati Jesu Christi Domini nostri.

R. *br.* Crastina * Erit vobis salus. Crastina. *V.* Dicit Dominus Deus exercituum. Erit vobis. Glória Patri. Crastina. *V.* Crastina die delēbitur iniquitas terræ. *R.* Et regnabit super nos Salvator mundi.